

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5942

Autre(s) référence(s) : Tabuteau 362

Auteur(s) : Turstin [particulier]

Bénéficiaire(s) : Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1078, 16 mars-1094, 10 décembre]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Turstin Efflanc confirme, du consentement de son épouse Massirie et de ses fils Sturmide et Roger, les dons qu'il a faits à l'abbaye Saint-Pierre de Préaux : avec son frère Gilbert il a donné pour le repos de leur sœur Benzeline, au temps de l'abbé Évrard, douze acres de terre ; sur le point de mourir, Gilbert a donné avec son accord à l'abbé Anfroï la terre d'un paysan nommé Foucher ; avec son épouse Massirie, il a donné douze acres de terre et a reçu la société des moines ; à leur mort, leurs biens meubles iront pour moitié aux moines de Saint-Pierre et pour moitié aux moniales de Saint-Léger ; il a ajouté à ces dons la terre d'un paysan nommé « Algrimus », deux acres de terre et, dans le bourg de Préaux, deux mesures de la coutume du bourg, le tout proche de l'église.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 495.
- b. Boussard Jacques, *Hypothèses sur la formation des bourgs et des communes en Normandie*, *Annales de Normandie*, 1958, p. 424, n. 5.
- c. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° A17, p. 25-26.

Indications

Gazeau Véronique, *Le temporel de l'abbaye de Saint-Pierre de Préaux au XIe siècle*, dans *Recueil d'études en hommage à Lucien Musset*, Caen, *Annales de Normandie*, Cahier des *Annales de Normandie* ; 23, 1990, p. 237-254, p. 250. Génestal Robert, *La tenure en bourgage*, étude sur la propriété foncière dans les villes normandes, Paris, A. Rousseau, 1900, p. 164, 216, 240. Crouch David, *The Beaumont Twins, the Roots and Branches of Power in the Twelfth Century*, Londres/New York, Cambridge University Press (Cambridge Studies in Medieval Life and Thought, 4th series ; 1), 1986, p. 137. Tabuteau Emily Zack, *Transfers of Property in Eleventh-Century Norman Law*, Chapel Hill-Londres, The University of North Carolina Press, 1988, p. 124, n. 72, doc. 362.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir ROUET, *Cartulaire de Saint-Pierre-de-Préaux*, n° A17, p. 25.

Texte établi d'après c

Regnante adhuc puero Willelmo, Roberti comitis filio, dederunt duo fratres Gislebertus et Turstinus Sancto Petro Pratelli XII acros terre pro anima cujusdam sororis sue, Benscelina nomine, et hoc abbatis Evrardi tempore. Succedenti vero tempore, dum abbas Anffridus eidem loco preesset, suprascriptus Gislebertus, dum moreretur, addidit priori dono terram unius rustici, Fulcerius nomine, concedente fratre suo Turstino. Idem ergo Turstinus et ejus conjux, Massiria nomine, dederunt Sancto Petro Pratelli gratia societatis fratrum XII acros terre addentes etiam medietatem sue, dum morerentur, sustancie alteraque medietas monialibus sancti Leodegarii. Preterea idem Turstinus, augens superiora, dedit sancto Petro terram unius rustici, Algrimus nomine, et in alio loco, gravi dum detineretur infirmitate, II acros terre et in eodem burgo Pratelli duas domos, videlicet duas mansuras consuetudine burgi. Hec omnia in procintu ecclesie Pratelli sita sunt. Verum quia hec diversis temporibus peracta sunt, tandem idem Turstinus, ad memoriam reducens, omnia simul conscribi in hac carta fecit et, annuente sua conjuge filiisque suis Sturmido et Rogero, super altare posuit, abbate Willelmo com conventu astante. Hujus rei testes sunt ex parte Turstini : Ursus de Anscetivilla et Rogerus, ejus filius ; Gislebertus et Wimundus, privinnus ejus ; Gislebertus, filius Aldemari ; Gaufridus, filius Godemani ; Willelmus Caligula ; Haimo. Ex parte vero abbatis : Richardus Siccautre ; Male doctus ; Ricardus, nepos abbatis ; Hugo de Fossa ; Robertus Rufus ; Osmundus.